

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 267.

Cod. CXV. n. 1.

284.

S. Hieronymi prologos, quorum unus F. Am.  
profus; alter Desiderii mei incipit, expo-  
 nit; quam sequeretur expositio I Capitis  
 Genesios. Praelecta est ab Authore, dum  
 Viennae in Austria theologiam doceret.  
 Servatur hoc Ms. etiam in Sib. Acad.  
 Viennensi. De auct. vide Cod. XLIX. n. 2.

Cod: CXV.

Chartae: Fol. locc: 15.

A  
522.S. Thomae Aquinatis  
Summa canon.  
poenitentialium.

S. Thomae Aquinatis Summa Canonum  
 poenitentialium. Praecedat elenchus 265  
 capitum, quem excipit rubrica: "Incipit  
 Summa magistri Thome de aquino prologus,  
 hic incipit!" Cum miserationes Domini  
 sint super opera omnia. Caput primum  
 quaerit, quid sit poenitentia. Totam septi-  
 mae constat partibus. In calce scriptor  
 adjecit: "Explicit Summa Magistri Thome  
 de aquino sub anno ab incarnatione  
 domini Millesimo quadragesimo vicesi-  
 mo secundo." Haec codex noster.

Sed Lambecius comert. Bibl. Caesar. edit.  
 Koll. Tom. II codic. ms. hoc ipsum opus  
 continentem exhibet, qui praesentem Sum-  
 mam Innocentio IV. Pp. attribuit, et  
 uti videtur jure potiori; nam et nostra  
 Bibliotheca aliam codicem ms. possidet,  
 in quo haec Summa Innocentio IV. adferri.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 268.

268.

Cod. CXV. n. 2.

bitur, et a Quetif inter opera S. Thomae  
non numeratur. Quare in indice Jno. IV.

2

Arma optima  
contra Wycle  
fistas.

Arma optima contra Wyclefistas, Autho-  
ris anonymi. Rubrica praefixa est: "Utilia  
contra nunc errantes in ecclesia." Primoagi-  
tur de ecclesia, et incipit: "quia in equi-  
"vocatione hujus nominis ecclesia multi de-  
"cipiuntur." Dein de obedientia, contra  
non obedientes Papae, et Praelatis; de ex-  
communicatione; quod offertorium debeat fi-  
seri, de decimis, de contemptu interdicti,  
contra cantantes catilenas inuitatas, et  
laicos praedicantes in ecclesia Dei, de com-  
munionem sub utraque, de nova lege, contra  
auctoritates septuaginta haereticorum, con-  
tra non confitentes plebano suo, de orati-  
one pro Papa, contra detrahentes indul-  
gentiam, et quaedam contra haereticos mo-  
dernos pro nunc. Haec sunt capitulum seu  
sectionum inscriptiones. In fine addi-  
tum est: "Capliciant arma optima contra  
"Wyclefistas nunc ecclesiam Dei impugnantes."  
"tes." An sit Henrici de Haslia dubium  
quero ex Trithemio C: 684, ubi ei tribui-  
tur liber contra quendam Wyclefistam.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 269.

Cod. CXVI. n. 1.

289.

3

Processus ju-  
dicialis.

"Processus judicialis, brevis, et utilis"; ita ti-  
 "tulus. Incipit: "Antequam dicatur de processu  
 "judicii". Finitur: "Et haec de ordine, et  
 "processu dicta sufficiant. Nota quod multa  
 "hic non obligantur, sed obmittuntur non prop-  
 "ter ignorantiam auctoris, vel juris, sed prop-  
 "ter imbecillitatem studentium ad quorum  
 "profectum haec summa est conscripta. Causa  
 "Deo Pax vivis Requies sempiterna defunctis.

Cod. CXVI.

Chartae: Fol. 17 v. 15.

A  
5.23.Gendebach von  
Pampichler Maximal 1410Jacobi de Terano  
liber Felial.

1a-47b

Jacobi de Terano Liber Felial, seu conso-  
 "lacio peccatorum, sive dialogus juridicus  
 "inter Deum et diabolum, aut processus  
 "ciferi contra Jesum, iudice Salomone  
 "sub tot enim titulis unus, idemque liber  
 "occurrit. Inscriptio legitur haec: "Utrum  
 "Hic de jure spoliavit infernum super  
 "hoc lib. introducitur et causa comittitur,  
 "ut sequitur." Hanc excipit praefatio, in  
 "qua auctor se ipsum manifestat in hunc  
 "modum: "Universis filiis fidelibus atque  
 "orthodoxae sanctae matris ecclesiae fidei  
 "cultoribus hoc breve compendium inspe-  
 "ris Parbyter Jacobus de Teranis Archidia-  
 "conus Aversanus, et Canonicus Apolun-  
 "nus et in jure canonico Padue discipulorum

## **Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]**

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27453](https://manuscripta.at/?ID=27453)